



FERDINANDUS BORBONIVS CASTRI DVX
DEI GRATIA ET IVRE HAEREDITARIO
EQVESTRIS ORDINIS ET INCLYTAE MILITARIS RELIGIONIS CONSTANTINIANAE
SANCTI GEORGII SVB DIVI BASILII REGVLA
MAGNVS MAGISTER

NOS MAGNVS MAGISTER EO QVO POLLEMVS SVPREMO IVRE, QVOD A PRAEDECESSORIBVS
NOSTRIS ACCEPIMVS ET GENTIVM CONSENSIONE AB ANTIQVISSIMA AETATE RECOGNITVM,
PRAESERTIM VERO MAXIMORVM ROMANAE ECCLESIAE PONTIFICVM AVCTORITATE COMMV-
NITVM IN PERPETVVM CONFIRMATVM, GERIMVS, SCIENTES PRVDENTESQVE, TE

Reverendum Dominum Robertum Lester Stern

Equitem Gratiae

NOSTRI INCLYTI SACRI MILITARIS ORDINIS CONSTANTINIANI SANCTI GEORGII SVB DIVI
BASILII REGVLA HIS LITERIS DICIMVS ET DECLARAMVS, OMNIBVS CVM IVRIBVS, HONORIBVS ET
ONERIBVS AD EAMDEM MILITIAM SPECTANTIBVS · EA TAMEN LEGE ET CONDITIOE VT CRVCE
MINIME VTI POSSIS, NEC ALIA INSIGNIA GESTARE, QVIN REGULAREM PROFESSIONEM FIDEI A
SANCTA ROMANA ECCLESIA DICTATAM CORAM NOBIS, VEL CORAM ALIIS A NOBIS AD HOC
EXPRESSE DELEGATIS EMISERIS · QVARE OMNIBVS ET SINGVLIS EQVITIBVS EIVSDEM NOSTRI
ORDINIS MANDANDO PRAECIPIMVS, VT TE TALEM AGNOScant, QVALEM NOS HIS LITERIS
DECLARAMVS. QVIBVS OMNIBVS VT CERTA HABEATVR FIDES, HAS LITERAS EXPEDIRI IVSSIMVS,
QVAS A NOBIS ATQVE A SPECTABILISSIMO ET EXCELLENTISSIMO NOSTRI ORDINIS MAGNO
CANCELLARIO RECOGNITAS, AC NOSTRO SIGILLO MVNITAS, EXARARI MANDAVIMVS.

DATUM *Neapoli*, DIE *xiv* MENSIS *Septembris* A. D. *MCMXCV*